





213.





## Disputatio XX.

DE USVRIS.

Cuius defensionem,

D. O. M. A.

P R Æ S I D E,

CLARISSIMO

CONSULTISSIMOQVE

VIRO, DN. HENRICO BOCERO,

*V. I. D. celeberrimo, & in inlyta Tubingensi Academia Pro-  
fessore prastantissimo, Praeceptore suo ho-  
norando:*ORDINARII EXERCITII GRATIA,  
tempore locoq; consuetis, pro tenuitate in-  
genij suscipiet*M. DAVID HOLDER*  
*Stutgardianus.*TUBINGÆ,  
*Apud Georgium Gruppenbachium.*

M. D. XCIX

Ooo



Diplomatio XX

DE CURIA

Quis defensionem

P. O. M. O.

CLARISSIMO

CONSVLTISSIMO

VIRI ORDN. HENRICH ROGERO

Magistro Henrico Rogero

Magistro Henrico Rogero

Magister


ORDINARIUS EXERCITII

Magister Henrico Rogero

Magister

Magister Henrico Rogero

Magister



Magister Henrico Rogero

Magister Henrico Rogero

Magister Henrico Rogero

000





i.  
Disputatio XX.

DE V S V R I S.

T H E S I S I.



VM SOLUTIONIS, DE QVA DISPVTATIONE proxima, tardioris nomine, etiam ad vsuras debitæ quantitatis præstandas creditori debitor teneatur, iuuat seorsim Ius nostrum de Vsuris indagare.

II.

Vsura est accessio (a) debitæ quantitatis, (b) ob huius Vsum (c) creditori à debitore præstanda. Ita ab vsu dicta. (d)

a) l. frumenti. 11. C. de Vsuris, & Rubr. ff. de Vsur. vbi Duaren. cap. 1. in princ. & Cuiac. in paratit. & Ioan. Borcholt. in Commentar. de Vsur. cap. 1. num. 24. & seq. (b) Est enim vsura numorum, l. 2. & l. 3. C. de Vsur. & l. 1. §. 1. & passim ff. eod. tit. Est item frumenti & hordei debiti, d. l. frumenti. 11. C. d. t. Tunc etiam olei, aliorumq; fructuum mutuo datorum. l. oleo. 23. C. h. t. Quæ res omnes numero, pondere, mensuraue constantes, quantitatis appellacione continentur, l. si is cui. 94. §. 1. ff. de solut. l. 1. §. Et omne ff. ad leg. Falcid. l. 2. §. vlt. iunct. l. idco. 3. ff. de eo, quod certo loco, l. ambitiosa. 4. §. 1. ff. de decret. ab ord. fac. l. vn. C. de plus petit. Molina. in 2. parte labyrinthi, de diuid. & indiuid. stipulat. Vnde Vsura corporis siue speciei non est, cum corpori, siue speciei, quantitas opponatur. d. l. 1. §. Et omne. ff. ad leg. Falcid. l. planè. 34. §. sed si non corpus, ff. de legat. 1. l. si is, cui, §. 1. ff. de solut. sed obstare videtur l. pro auro. 25. C. de Vsur. & l. 3. §. vlt. & l. cum quidam. 17. §. vlt. ff. eod. tit. Vide Ioan. Borcholt. dict. cap. 1. num. 27. & seqq. (c) l. deducta. 58. §. cum autem, ff. ad Sctum. Trebell. l. socium. 60. in princ. ff. pro socio. l. Tutor. qui reperi torium. 7. §. pecunia. ff. de administrat. tut. Duar. ad tit. de Vsur. p. 1333. col. 1. in fin. Donell. Tract. de Vsur. cap. 1. in princ. (d) Varro lib. 4. de ling. Latin. Azo. in summa C. de Vsur. Duar. & Donell. dict. loc. Ioan. Borcholt. dict. cap. 1. num. 21.

III.

Circa Vsuram autem quadruplex inspectio incurrit: Vna, an  
Ooo 2 homo



homo Christianus bona, & illæsa conscientia Vsuras accipere possit: Altera, quæ species sint Vsuræ: Tertia, quæ sint Vsurarum causæ, ex quibus Vsuræ debentur, quis item modus & quantitas vsurarum legitima, & an Iudæi eum modum in exigendis à Christiano homine Vsuris excedere possint: Quarta, quo Iuris remedio Vsuræ debitæ petantur.

## IV.

Quod primam attinet inspectionem, mordentes Vsuras illicitè Christianum hominem exigere asserimus. Mordentes autem Vsuras consideramus tam ex parte debitoris, quàm ex creditoris parte. Ratione debitoris mordentes sunt Vsuræ, si is pauper sit, & inops, ut ob suam egestatem Vsuras præstare nequeat. (a) Creditoris intuitu Vsuræ dicuntur mordentes, cum is plus iusto, & cum debitoris, licèt diuitis, damno, Vsurarum nomine accipit. (b)

a) Exod. 22. vers. si pecuniam mutuam, Leuit. 25. vers. si attenuatus fuerit frater tuus, & vers. seqq. Deut. cap. 15. vers. si vnus de fratribus, & vers. seqq. c. 23. vers. Non fœneraberis, cap. 24. vers. cum repetes à proximo, & vers. seq. Psal. 14. vers. vlt. Ecclesiastici cap. 7. vers. Datum brachiorum, & cap. 29. vers. per de pecuniam, & vers. seq. Prouerb. c. 19. vers. Fœneratur. Luca 6. vers. si mutuum dederitis, & vers. seqq. D. Iacob. Andr. In der Abfertigung des Gegenberichts / der zu Regensburg geurlaubter Prediger / pag. 5. 65. 85. & in concione. 1. de Vsuris. (b) Ezech. cap. 18. vers. Egenum & pauperem, & cap. 22. vers. Munera acceperunt. De iusto Vsurarum modo infra dicemus.

## V.

Quòd si eiusmodi mordentes Vsuræ non fuerint, bona conscientia, & licèt accipi etiam à Christiano homine possunt.

Exod. cap. 22. & Leuit. 25. dictis, vers. & Prouerb. cap. 28. vers. Qui coaceruat diuitias. Matth. 7. vers. omnia ergo. Iacob. Andr. In der Abfertigung / r. & passim. in concionibus de vsur. Molina. Tract. de Vsur. in princ. num. 9. 10. & seqq. & quest. 2. num. 70. & seqq. & quest. 74. num. 515. & seqq. Donell. de Vsur. cap. 2. Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 1. num. 5.

## VI.

Et non modò in alijs contractibus, sed & in mutuo id fieri posse etiam Molinæus existimat: (a) quæ sententia toleranda videtur, (b) si creditor hac in re non egerit contra regulam à Christo præscri-



præscriptam: QVICQV D VULTIS, VT VOBIS FACIANT ALII, IDEM VOS ETIAM EIS FACITE. (c) Neque contra hoc D. Pauli monitum: NE QVIS SVVM FRATREM IN NEGOCIIS CIRCVMVENIAT, AVT CIRCVMSCRIBAT: (d) sed se suosque indemnes seruare cupiens proximum iuuet. (e)

(a) dict. tract. de vsur. in princ. num. 9. 10. 11. & 15. (b) Vide Iacob. Andr. in concion. 1. de vsur. pag. 24. & dissentientem Imp. Basiliũ apud Harmonopol. lib. 3. Epitom. iur. tit. 7. de vsur. & Imp. Leonem in Nouel. 83. & Ioan. Borcholt. tract. de vsur. cap. 1. n. 4. (c) Matth. 7. vers. 13. (d) 1. Thes. 4. vers. 6. (e) 2. Corinth. 8. vers. 13. & 14. Eccles. cap. 29. vers. Recupera proximum.

## VII.

Sed an iuri naturali repugnet vsurarum exactio, quæritur? Nos de non mordentibus vsuris id negamus.

Nam sine alterius iniuria propria vtilitati seruire, concessum est: nec repugnat natura, vt Cicero sensit, & patet ex 2. Corinth. 8. vers. 13. & Eccles. dict. cap. 29. vers. Recupera proximum. Vide Donel. de vsur. cap. 2. Ioan. Borcholt. de vsur. cap. 1. n. 6. & seqq.

## IIX.

Canonica sanctione vsuras prohiberi Molinæus negat: (a) & verè negat, si Canones (id quod videtur) vsurarum exactioem damnantes, (b) de mordentibus tantum vsuris loquuntur.

(a) Tract. de vsur. quest. 74. num. 115. (b) c. 1. 2. 3. 5. c. Tuanos, c. consuluit, & tot. tit. extra de vsuris, c. 1. et c. 2. eod. tit. in 6. can. Quoniam multi, 47. distinct. & can. Quoniam, & can. seqq. 14. quest. 4.

## IX.

Iure ciuili Iustiniano vsuras improbari imprudenter (a) quidam (b) scribunt.

(a) Siquidem manifestè contrarium arguat tot. tit. ff. & Cod. de vsur. Nouell. 37. 72. 121. 136. 138. 160. Donell. de vsur. cap. 2. Ioan. Borch. de vsur. cap. 1. num. 6. & seqq.

## X.

Quid verò, nunquid nouissimis Imperij placitis (a) vsuræ damnatæ sunt? Non putamus, (b) nisi mordentes vsuræ fuerint.

(a) Reichsabschied de Anno 1500. Tit. von wucherlichen Contracten / & de Anno 1538. tit. eod. tum etiam de Anno 1548. eod. tit. (b) Non enim



enim in vniuersum, & generaliter damnant vsuras, omnes, sed eas tantum quae debitori graues sunt & onerosae, proindeque per se impiae. Quicquid autem noua lege specialiter definitum non est, id veterum legum constitutionumque regulis relictum censi debet. l. precipimus 32. §. vlt. C. de appellat. & c. 1. tit. de constitut. in 6.

## XI.

Vsuræ species duæ sunt: Vna, generis nomen retinet, & Vsuræ dicitur: Altera, fœnus appellatur.

Rub. ff. & C. de vsur. & Rubr. ff. & C. de Nautic. fœnor. Cuiac. in paratit. ff. d. t. Hotoman. de vsur. pag. 2. & 3. Ioan. Borcholt. de vsur. cap. 2. num. 1.

## XII.

Vsuræ est accessio quantitatis ex quacunque causa (a) debita. ob moram debitoris non solventis debitum, præstanda. (b)

(a) Veluti mutuo, l. lecta 40. ff. de reb. credit. Borcholt. tract. de Vsur. cap. 2. num. 6. Emptione vendicatione, l. 5. l. fructus 13. C. de act. empt. & vend. l. 13. §. veniunt. ff. eod. tit. l. vlt. ff. de peric. & commod. rei vendit. Locatione conduct. l. cum quidam 17. §. ex locato, ff. de Vsur. ceterisque bona fidei contractibus, l. mora 23. ff. In bona fidei. ff. d. tit. Veluti societate, l. socium 60. in princ. ff. pro socio. Item deposito, l. 2. C. depositi. Et quasi contractibus bona fidei. l. Vsuræ 34. ff. de vsur. & l. Titia 87. §. Vsuras. ff. de legat. 2. (b) l. cum quidam 17. §. si pupillo, in fine. ff. de Vsur. Cuiac. in paratit. eod. tit. de Vsur. & ad d. l. lecta 40. ff. de reb. credit. col. 2. Ioan. Borch. Tractat. de Vsur. cap. 2. num. 7.

## XIII.

Fœnus est accessio quantitatis mutuò data, à tempore contractus ex conuentione in lucrum creditoris debita.

Cuiac. in paratit. C. de Vsur. & ad d. l. lecta 40. ff. de reb. credit. col. 2. Duaren. ad tit. de Vsur. cap. 1. Hotoman. de Vsur. pag. 7. Ioan. Borcholt. de Vsuris, cap. 2. n. 4.

## XIV.

Idque nauticum est, vel terrenum: Nauticum fœnus est, quod ex nautica siue traiectitia pecunia, vel ea, quæ huic similis est, debetur. (a) Eadem & maritimum fœnus dicitur. (b)

(a) Ioan.



(a) Ioan. Borch. de Vsur. cap. 2. n. 11. & in commentar. de Nautico fœnore, (b) l. Fœnerator 6. in princ. ff. de Naut. fœnor.

## XV.

Traiectitia siue nautica pecunia est, quæ creditoris periculo trans mare vehitur, siue eadem, siue merces ea comparatæ, reportentur, (a) hoc pacto mutuò data, vt salua naue, cum fœnore reddatur: naufragio autem facto, & fors & spes lucri creditori pereat. (b)

(a) l. 1. vbi Gothofred. ff. de Naut. fœnor. Hotoman. de Vsur. pag. 104. Donell. de Vsur. pag. 33. num. 5. & ad l. Qui Romæ 122. S. 1. ff. de verb. sig. (b) l. 1. l. 3. C. de Naut. fœn. Hotoman. de Vsur. pag. 102. & Duaren. de naut. fœn. cap. 1. Singularia huius fœnoris vide apud Cuiac. in lib. 3. responso. Papin. pag. 124. & seq. & in lib. 25. quæstionum Pauli, pag. 308. & seq.

## XVI.

Nauticum fœnus est, vel propriè nauticum, vel quasi nauticum: Illud est mutuæ pecuniæ, quæ trans mare vehitur periculo creditoris: Hæc verò, est pecuniæ mutuæ, quæ non nauigat, periculo tamen creditoris est.

l. 1. l. 2. l. 4. l. 5. ff. de naut. fœn. Ioan. Sichard. ad tit. C. de naut. fœn. n. 3. Molina. De Vsur. quæst. 3. num. 98. Donell. ad tit. de naut. fœn. pag. 34. Cuiac. lib. 9. obseru. cap. 28. Duaren. ad tit. de Vsur. cap. 1. Sed vide Hotoman. de Vsur. pag. 108. & lib. 5. obser. 12.

## XVII.

Fœnus terrenum est, quod ex alia quàm traiecitia pecuniæ alicui credita, debetur.

Cuiac. in paratit. C. de naut. fœn. & Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 2. num. 11.

## XVIII.

SEQUUNTUR CAUSÆ, ex quibus vsuræ debentur: Vt sunt Mora, Pactum, & Stipulatio.

## XX.

Ex mora debitoris debentur Vsuræ in bonæ fidei negocijs, (a) non etiam in contractibus stricti iuris, (b) in tantum, vt ne quidem extempore litis contestatæ præstandæ sint. (c)

(a) l. cum



DISPUTATIO

(a) *l. cum quidam 17. §. si pupillo, & §. seq. l. Mora 32. §. in bona fidei. ff. de usur. l. usura. C. depositi, l. Praeses 17. C. de Locato, (b) Cuiac. lib. 14. obser. cap. 22. Ioan. Borch. de usur. c. 3. n. 14. (c) Duar. ad tit. ff. de usur. c. 2. Donell. de usur. cap. 3. Ioan. Borch. de usur. cap. 3. num. 50. Dissentit Coras. lib. 2. Miscell. cap. 2. Vvesenbec. in paratit. ff. de usur. num. 3. & Vultei. lib. 1. Iurispud. Rem. cap. 44. n. 71.*

XX.

Legata & fideicommissa in hac iuris parte bonæ fidei negocijs similes sunt, cum & hæc usurarum præstationem ex mora admittant.

*Tot. tit. Cod. de usur. & fruct. legat. seu fideicommiss. l. Titia Seio 87. §. 1. ff. de legat. 2. Paul. lib. 3. sentent. tit. 8. §. fin. vbi Cuiac. Donell. de usur. n. 17. & Hotoman. ibidem pag. 16. Ioan. Borch. de usur. cap. 3. n. 15. & seqq.*

XXI.

Ex pacto debentur usuræ similiter in bonæ fidei contractibus, si his in continenti adiectum fuerit: (a) Secus si ex interuallo. (b)

(a) *l. 3. l. 4. C. de usur. d. l. cum quidam 17. §. ex locato. ff. de usur. l. Lucius Titius. 24. l. Publia 26. §. 1. ff. depositi. l. qui negocia. 34. §. 1. ff. Mandat. l. initio 5. C. de pact. int. empt. & vendit. l. Iurisperitium. 7. §. quin imò. ff. de Pact. l. in bona fidei. 10. C. d. t. Duar. ad tit. de usur. cap. 2. Hotoman. de usur. pag. 14. & seq. Ioan. Borch. de usur. cap. 3. n. 1. & seq. Sed vide Donell. de usuris, cap. 3. pag. 10. (b) per d. l. Iurisperitium. 7. §. 4. vers. igitur nuda. ff. de pact. l. legem. 10. l. cum proponas. C. d. t. & l. 3. C. de usur. Paul. lib. 2. sentent. tit. 14. §. 1. vbi Cuiac.*

XXII.

In contractibus verò stricti iuris ex pacto etiam in continenti adiecto usuræ non debentur: (a) nisi frumentum, oleum vel hordeum mutuò datum sit, (b) vel ciuitas pecuniam crediderit, (c) aut argentarij, (d) vel pecunia sit traiectitia. (e)

(a) *l. Titius 24. ff. de præscrip. verb. l. 1. l. 3. C. de usur. l. idemq. 10. §. si quis Titio. ff. Mandati, l. l. Paulus, d. t. 14. §. 1. Hotom. lib. quest. Illust. quest. 36. & ad Tit. de usur. pag. 20. Donell. de usuris cap. 3. in princ. Ioan. Borch. de usuris, cap. 3. n. 11. in fin. Accerse huc & alia fundamenta in disputatione tertia de Pactis*



de Pactis ad thesin 41. sub classe prima adscripta. (b) l. frumenti. 12. C. de Vsuris, (c) l. etiam. 30. ff. d. t. (d) Nouell. 136. cap. 4. (e) l. in quibusdam. 7. ff. de Naur. fœn. De his exceptionibus, vide Hotoman. de Vsur. cap. 3. pag. 20. Donell. de Vsur. cap. 3. pag. 10. & Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 3. num. 39. cum seqq.

## XXIII.

Ex pacto tamen promissæ, & solutæ Vsuræ repeti non possunt, nec in sortem computari.

l. 3. vbi Hotoman. C. de Vsur. Ioan. Sichard. ad l. 4. C. d. t. Donell. de Vsur. cap. 3. num. 3. Ioan. Borcholt. de Vsuris, cap. 3. num. 38.

## XXIV.

Seruari quoque à creditore nudo pacto promissæ Vsuræ possunt, per retentionem pignoris, si quod ei datum fuerit, (a) nisi ab initio pro minoribus Vsuris obligatum sit pignus, & postea debitor maiores Vsuras repromiserit. (b)

a) l. per retentionem. 4. vbi Sichardus. num. 6. l. pignoris. 22. C. de Vsur. Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 3. num. 45. & seqq. (b) d. l. per retentionem. 4. vbi Sichard. C. d. t. Donell. ad l. iur. num. 4. in fin. C. Etiam ob Chirographas.

## XXV.

Et in tantum non debentur Vsuræ, nudo pacto in strictis negocijs promissæ, vt licet multis annis solutæ sint, postea tamen iure non exigantur.

l. si certis. 28. C. de pactis. l. creditor. 7. C. de Vsur. Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 3. num. vlt.

## XXVI.

Sed quæritur, num vsuræ ex pacto debeantur, si pecunia ea lege deposita sit, vt tantundem reddatur? Nos affirmamus.

Molin. de Vsur. quest. 83. num. 629. & seqq. Connan. lib. 7. Commentar. iur. cap. 4. num. 3. & 4. Duar. ad tit. de Vsur. cap. 2. & Vvesenbec. in Paratit. ff. depositi. num. 5. Dissentit Hotom. de Vsur. pag. 27. & lib. 4. obser. cap. 10.

PPP

Stipua



XXVII.

Stipulatione promissæ Vsuræ debentur, siue bonæ fidei, siue stricti iuris sit, (a) modò certus sit definitus modus, qui legitimam quantitatem non excedat. (b)

a) *l. 1. l. 3. C. de Vsur. l. Titius 24. ff. de præscript. verb. l. Caius. 11. & l. seq. ff. de Vsur. Ioan. Borcholt. Tract. de Vsur. cap. 3. num. 35. (b) l. quod in stipulatione. 31. l. Tutor. 41. S. vlt. ff. de Vsur. Donell. de Vsur. c. 3.*

XXIIX.

At nunquid his Vsurarum causis more scilicet, pacto, & stipulationi adiungi quoque debeat longa Vsuræ præstatio, non incommodè hoc loco quæri potest? Existimamus autem ex longa isthac præstatiōe præsumptionem nasci debitarum Vsurarum, cui præsumptioni standum, donec contrarium doceatur.

*l. 1. C. de fideicommiss. l. cum de in rem verso. 6. ff. de Vsur. l. litibus. 10. C. de agricol. & censit. lib. 11. l. Qui semisses. 13. in princ. ff. de Vsur. l. aduersus. 5. & l. quamuis. 8. C. d. t. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 21. & reg. 3. præsumpt. 21. Francisc. Balb. de præscript. part. 2. tertia part. princ. quest. 10. num. 5. Ioan. Borch. de Vsur. cap. 3. num. 56.*

XXIX.

Modus autem Vsurarum, alius est Iustiniano iure, alius iure Imperij nouissimo, Iure Iustiniano, viri Illustres, & qui eos præcedunt, tertiam partem centesimæ Vsuræ, id est, quatuor in centum accipiunt: Qui ergasterijs præsumunt, id est, argentarij, itemque negociatores bessem centesimæ, id est, octo in centum capiunt. Reliqui omnes dimidiam centesimæ, id est, sex in centum.

*l. eos. 26. §. 1. C. de Vsur. vide Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 4. num. 17. & seqq. & num. 25. in fin. & Donell. de Vsur. cap. 4. pag. 24.*

XXX.

Quibusdam tamen casibus, Iustiniani lege centesima Vsuræ locum habet; veluti in traiectionibus contractibus: & specierum fœnorationibus. (a) Item eum qui aliena negocia administrat, pecuni-

am



ameius, cuius negocijs præest, in suos vsus clam conuertit: (b) & qui condemnatus post tempora iudicati non soluit. (c)

a) d. l. eos. 26. §. in traiectiis. C. de Vsur. Cuiac. lib. 3. obs. cap. 35. & ad Nouell. 33. (b) l. qui sine. 38. §. sed quas vsuras. ff. de negoci. gest. (c) l. 1. l. 2. & l. 3. C. de Vsur. rei iudic.

XXXI.

Centesima Vtura est, cum annuatim duodecim in centum præstantur.

Theophilus in §. plus autem Instit. de actio. Constantin. Harmenop. lib. 3. Epitom. Tit. 7. de Vsur. Nouell. 130. Nouell. 32. Donell. de Vsur. cap. 4. Ioan. Borch. de Vsur. cap. 4. num. 4.

XXXII.

Quod si pro Vtura habitatio creditori concedatur, legitimum modum excedere potest; (a) vt & cum creditor antichresin expressam accipit. (b)

a) l. fisa. 14. C. de Vsur. Donell. cap. 4. pag. 24. (b) l. ex prædijs. 11. C. de Vsur. quam legem etiam Francis. Balduinus in Iustiniano suo, pag. 87. & seq. de antichresi interpretatur. l. si is qui. 11. §. 1. ff. de pign. & hypothec. Harmenop. lib. 3. tit. 5. Cuiac. lib. 3. obser. cap. 35. & lib. 8. obser. 17. Mynsing. cent. 6. obs. 71. num. 2. Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 6. n. 5.

XXXIII.

Ecclesia autem creditoribus suis quadrantes tantum Vturas, non maiores soluit.

Nouell. 7. & ibi Cuiac.

XXXIV.

Agricola, quibus aridi fructus, dati sunt mutui, octauam tantum modij, pro vno modio, vsurarum nomine soluunt, (a) si pecunia eis credita sit, pro solido annuam siliquam, id est, vsuram trientem præstant: (b) Qui plus ab illis stipulatus fuerit, creditam amittit, quod agricolis relinquitur. (c)

Ppp 2

a) No-



a) Nouell. 32. & 2. seqq. Auth. adhaec C. de Vsuris. (b) Nouell. 130. Cuiac, lib. 3. obser. cap. 15. (c) Nouell. 32. in fin. Nouell. 34. in fin. Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 5. in fin.

## XXXV.

Qui aliquandiu, certis annis, Vsuras quincunces accepit, cum besse stipulatus esset, postea has maiores exigere non potest, exceptione taciti pacti reo iam tuto.

*l. aduersus. 5. & ibi, Hotoman. l. quamuis 8. C. de Vsuris. l. qui semisses. 13. in princ. ff. d. r. Donell. de Vsur. cap. 5. pag. 30. Ioan. Borcholt. cap. 4. num. 29. Id tamen ad redditus annuos porrigendum non est, Borch. d. cap. 4. num. 31. & seq.*

## XXXVI.

Est & illud hinc monendum, quod Vsuræ Vsurarum non præstantur, etiam si in sortem redactæ fuerint.

*l. vt nullo. 28. vbi Hotoman. C. de Vsur. l. si non sortem. 26. §. 1. ff. de condict. indebit. l. improbum. 20. C. ex quib. causis infam. irrogetur. Ioan. Borch. de Vsur. cap. 5. num. 9. & seqq.*

## XXXVII.

Nouissimo Imperij iure hic Vsurarum modus est, vt Vsuræ quincunces, id est, quinque duntaxat, in centum annuatim soluantur: qui modus annui redditus emptioni & venditioni maximè definitus est: proindeque multò magis cæteris vsuris.

*Reichs Abschied / de anno 1530. tit. Von wucherlichen Contracten / pag. 232. & de anno 1548. eod. tit. pag. 6. fac. 2. vers. Und nach dem. de annuis redditibus emendis, vendendis, vide Andr. Gail, lib. 2. obser. pract. obs. 7. 8.*

## XXXIIX.

Quòd si de pœna quæras vsurariorum, qui legitimum vsurarum modum excesserunt, iure Iustiniano, nullam de superfluo actionem habent, (a) & quòd plus acceperunt, in sortem imputare, & restituere iubentur, (b) præterea etiam infamiâ notantur. (c) Et extra ordinem quandoque puniuntur. (d)

a) *l. pe*



a) *l. pecunie. 9. l. Vsuras. 20. l. placuit. 29. ff. d. Vsur. l. cum allegas. 15. l. constitutionibus. 20. ff. d. t.* (b) *d. l. eos. 26. §. 1. vers. si quis autem. C. d. tit. l. solutum. 11. §. 3. ff. de pignor. action. l. 3. §. fin. ff. de an. legat.* (c) *l. improbum. 20. C. ex quibus causis infamia irrogatur.* (d) *l. si non sortem. 26. in princ. ff. de condict. indebit. l. creditor. 102. §. vlt. ff. de solutione.*

## XXXIX.

Iure item Imperij nouissimo, non modò ipso iure nulla est promissio vsuraria, sed & quartam partem sortis amittit vsurarius, quæ magistratui ordinario cedit.

Reichs Abscheid / de anno 1500. tit. Von wucherlichen Contracten / pag. 61. fac. 1. & de anno 1530. tit. eod. pag. 231. & seq. & de anno 1548. d. t. pag. 60. Vide Andr. Gail. lib. 2. obser. pract. obs. 4. & 5. Similiter & olim in quadruplum multabantur, qui legitimum vsurarum modum excessisse probabantur. l. 2. C. Theodosiano de Vsur. Hotom. de Vsur. pag. 56. & Ioan. Borch. de Vsur. cap. 5. num. 1.

## XL.

Quod attinet quæstionem de Iudæis, num hi licitè modum vsurarum ex principis permisso excedere possint? Ex nouissimis Imperij constitutionibus intrepidè negamus.

Reichs Abscheid / de anno 1500. tit. Von wucherlichen Contracten / pag. 61. & de anno 1530. tit. Von Juden vnd ihrem Wucher. pag. 232. & de anno 1548. tit. eod. pag. 62. & de anno 1551. pag. 79. vers. Wiewol auch. & vers. seq. & vers. Zudem wollen / r. Andr. Gail. d. lib. 2. obser. pract. obser. 5. num. vlt. De Vsurâ Iudæorum. Vide latè differentem Marquardum de Susannis in tract. de Iudæis, & alijs infidelibus.

## XLI.

Restat Iuris remedium, quo vsuræ petuntur. Si ex mora, vel pacto, in initio contractus bonæ fidei adiecto, vsuræ debeantur, eadem actione, qua fors petuntur, (a) quod si in sortem tantùm condemnatus sit reus, vterius vsuræ peti non possunt. (b) Si ex stipulatione præstandi sint vsuræ, certi conditione petuntur. (c)



DE VSVRIS.

a) l. in bonafidei. 13. C. de Vsuris, l. 3. l. 4. C. depositi, l. iurigen-  
 dium. 7. S. quin imò ff. de pact. l. cum dotem. 10. Cod. de iure doti.  
 Ioan. Borcholt. de Vsur. cap. 6. & cap. vlt. num. 26. & seq. (b) d. l.  
 in bonafidei, vbi Hotoman. 13. C. de Vsur. l. si depositi. 4. C. depositi,  
 Ioan. Borcholt. d. cap. vlt. num. 28. Vide Mynsing. cent. 1. obser. 57.  
 (c) Instit. de Verbor. oblig. in princ. l. quod in Stipulatione. 30.  
 ff. de Vsur. Ioan. Borcholt. dict. cap. vlt.  
 num. 25.

FINIS DISPUTATIONVM  
 CLASSIS TERTIÆ.

ERRATA.

Disp. I. thes. 3. in fund. lin. leg. ad leg. Corn. de. thes. 4. in fund. lin. 4. in fine, leg. de pœnis. thes. 5. in  
 fund. in fin. leg. 182. thes. 34. in fund. lin. 3. leg. expilat. hered. l. 35. in F. lin. 5. leg. quod. th. 38. in F. leg.  
 l. 1. S. furtum. l. vulgaris. 21. ff. de furt. thes. 41. lin. 3. leg. contrectavit, singularum rerum quas tulit, fur-  
 est, caterarum non est. lin. seq. pro. solum, leg. totum, in F. d. l. vulgaris. 21. S. si quis. & S. Item maioris.  
 thes. 84. in F. dele facta. 16. S. tempus. & S. seq. ff. de pœn. ibid. pro C. (c) thes. 92. in F. lin. pœn. malefici-  
 cys. Inst. de action. num. 3. Gomez. thes. 97. in F. Auth. sed nouo. C. de seru fugitiu. Gomez. tit. Disp. II.  
 thes. 23. lin. 1. leg. primo genere. thes. 30. in F. lin. 2. Gab. Palæot. tract. de noth. & spur. c. 48. thes. 36. lin-  
 pen. in F. leg. pag. 92. thes. 40. in F. lin. 6. leg. l. 4. S. hoc autem. thes. 64. lin. vlt. leg. sub lit. C. addu-  
 cta. Disp. III. thes. 9. in F. lin. 10. leg. vel tributum. ff. de vsufr. Disp. IIII. thes. 17. in F. lin. 2. leg.  
 S. 1. & S. qua iure potestatis à magistratu. thes. 21. in F. lin. 1. leg. Seu. thes. 28. in F. lin. 9. leg. l. cum ad  
 presens tempus. 37. thes. 64. in F. lin. 1. leg. S. 1. ff. de furt. Disp. V. thes. 101. in fin. pro (b) repono (c)  
 Disp. VI. thes. 51. lin. 10. num. 5. adde. ff. de R. I. Disp. VII. thes. 48. lin. 2. pro instans leg. in rem.  
 Disp. VIII. thes. 8. in F. lin. 12. verb. Vulteiis, cum seq. lin. appone lin. 17. post verb. quadam alia cau-  
 sa. Disp. IX. thes. 2. in F. lin. 1. leg. l. 1. l. penult. S. pen. thes. 27. in fin. adde. hoc vero ducentorum.  
 Disp. X. thes. 15. adde. Tiraq. de pen. temperand. c. 1. n. 14. thes. 16. in F. lin. 2. leg. animi obstinatoris.  
 C. de summa Trinit. & fid. cathol. l. 2. thes. 32. lin. vlt. leg. sortilegium. thes. 34. in F. in fin. leg. verum ab  
 hoc sensu vtrumq. textum alienum esse. Disp. XI. thes. 18. lin. 2. dele. aut Episcopi. ibid. in fund. lit. (b)  
 dele. per text. generales ad præced. thes. in, sub lit. (b) adductos, & thes. 20. in fin. leg. moliri, in fund. ibid.  
 lin. 2. leg. viuium. thes. 27. in fund. lin. 1. leg. lib. 7. cap. 6. thes. 38. lin. 2. leg. quosuis. thes. 45. in fund.  
 lin. 2. & 3. lege. Rubr. De pœnis committ. crim. les. maiest. Item in titulo eiusdem disput. leg. Professore,  
 item, ad fine. Disp. XII. thes. 64. in F. lin. pen. pro 78. leg. 83. Disp. XIII. thes. 1. in F. lin. 2. leg. iudic.  
 cent. 4. lin. 3. leg. l. 5. in pr. lin. 6. leg. & vispriuata. thes. 14. in F. leg. (a) l. 11. S. vlt. ff. thes. 18. in F.  
 lin. 3. leg. Petrinus Bellus. lin. 4. leg. consil. 102. thes. 21. lin. 8. leg. necat, verberat. lin. 10. verberetur.  
 pulsetur. in F. lin. 5. in fin. dele. ad tit. l. Iul. de vi. thes. 26. lin. 6. leg. pœnam multamq. sustinet. thes. 27.  
 lin. 3. leg. & Carolin. Constit. thes. 29. lin. 1. leg. Carolino iure. thes. 30. lin. 1. in F. pro ff. leg. C. thes. 36. lin. 3.  
 leg. aut leuiorem, quam. thes. 37. in F. lin. 3. leg. cap. 100. thes. 45. in F. lin. 2. leg. refert, sentit. Anton.  
 Coroll. 3. lin. 2. leg. conueniri. Disp. XIII. thes. 25. lin. 1. leg. impia desperatione. thes. 30. lin. 3. leg. pa-  
 tiuntur. thes. 32. in Fundament. adde. secundum. l. 13. S. 7. ff. de his, qui not. infam. thes. 51. lin. 4. leg. dolo  
 proposito. Disp. XV. thes. 15. in F. lin. 11. dele Germanicam. In parerg. 4. in F. leg. ff. de vi publ.  
 Disp. XVI. thes. 2. in F. lin. 5. leg. quest. Papinian. thes. 4. lin. 5. leg. adprehendendum. thes. 39. in F.  
 lin. 4. leg. cap. 115. thes. 76. lin. 4. pro (d) leg. (c) post verb. damnari, adde (d) lin. 6. post verb. consumi-  
 tur, adde (e) Disp. XVII. thes. 8. in fund. lin. 1. leg. c. ne imitari, & lin. vlt. post verb. ciuili pœna (e)  
 thes. 11. fund. lin. 1. leg. ff. de euit. l. si sine. 22. & in lin. 3. post verb. (iniuria iudicis) pone verba (item, ibi,  
 propter iniuriam iudicis. ff. rem rat. hab.) male in lineam tertiam translata, idcirco ibidem expungenda.  
 thes. 16. in fund. pro pag. 459. leg. pag. 458. thes. 21. in fund. ad finem pro Inst. de oblig. qua q. ex del. nasc.  
 leg. Inst. de L. Aquil. Disp. XVIII. thes. 71. in pr. leg. Item ei, qui in suo prædio. Disp. XIX. thes. 6.  
 lin. 3. leg. promissa. thes. 104. in F. leg. Papiniani. pag. 137. & in lib. 24. quest. Pauli, pag. 304.





274.









Ka 3071

(3/4)

ULB Halle

3

003 261 573




sb

Einband. 3/1.









Disputatio XX.  
DE USVRIS.

Cuius defensionem,  
D. O. M. A.

PRÆSIDE,

CLARISSIMO  
CONSULTISSIMOQUE  
VIRO, DN. HENRICO BOCERO,  
*V. I. D. celeberrimo, & in inçlyta Tubingensi Academia Pro-  
fessore præstantissimo, Præceptore suo ho-  
norando:*

ORDINARIÏ EXERCITII GRATIA,  
tempore locoq; consuetis, pro tenuitate in-  
genij suscipiet

M. DAVID HOLDER  
*Stutgardianus.*



TUBINGÆ,  
*Apud Georgium Gruppenbachium.*

M. D. XCIX

Ooo

